





nret omnino adiones causarum secundum, vel saltem eas ad necessarium impelleret. Ad 6. causa creatae adhuc stante illa hypotesi defectibilis, & mutabilis foret intrinseca, & suapte natura, in actionibus tamen suis vel necessitarentur, vel illis omnino desititue manerent: ex preventionis causae primae ob rationes allatas. Ad ult. sicut aliae perfectiones nobis cum Deo communes, ut sapientia, iustitia, &c. licet in nobis habeant imperfectiones ad voluntatem, in actionibus tamen suis vel necessitarentur, vel illis omnino desititue manerent: ex preventionis causae primae ob rationes allatas. Ad ult. sicut aliae perfectiones nobis cum Deo communes, ut sapientia, iustitia, &c. licet in nobis habeant imperfectiones ad voluntatem, in actionibus tamen suis vel necessitarentur, vel illis omnino desititue manerent: ex preventionis causae primae ob rationes allatas.

ARTICULUS II.

Prima radix invidiosa libertatis non est indifferentia iudicii, sed ipsius potentiae volitive.

40 A Ssertum est Scoti hoc, cit. modum inter Scotistas receptum, ut est videre apud P. Fabrum disp. 9. de pre. c. 10. Vulp. disp. 5. cit. ar. 4. Hiriban. tr. de actibus humanis disp. 4. sect. 2. & alios circa illa loca Doctoris, fed etiam apud Receptoros plausibile est, sequitur enim Suarez lib. de aux. cap. 2. & disp. 29. Met. lect. 3. Hurt. disp. 15. de anim. lect. 5. Arias. disp. 8. de anim. sect. 2. quod alios citant, & Beccan. 2. par. Theol. tract. 1. cap. 2. qu. 4. probabilis longe putat; & quoad utraque partem probanda est.

Quoad primam partem, nempe quod prima radix libertatis nostrae non est indifferentia iudicii, probatur multipliciter; nam intellectus non est causa libertatis in actu primo, quia haec est ipsa voluntas, neque in actu secundo, quia haec est actio libera voluntatis, ad quam requiritur intellectus ad conditionem, non ut causa, sicut docet Scot. 2. d. 25. §. ad aliud, & nos inferius. Tum quia indifferentia libertatis, quae est in voluntate, nobilior est indifferentia iudicii in intellectu, ergo non potest ab illa originari, siquidem nullum perfectius ab imperfectiori produci potest, saltem totaliter; probatur assumptum, quia indifferentia libertatis, ut sic, dicit perfectionem simpliciter, quae proinde reperitur in Deo, sed indifferentia iudicii provenit ex imperfectione nostri intellectus, cui dum non enucleat attingit obsequium naturam, probabiliter tamen circa illa dicitur pro utraque parte. Tum etiam quia libertatem nostram experiri etiam circa objecta voluntati propofita apprehensione quodam simplici, quorum adhuc nullum iudicium indifferentiae praecessit; ac etiam circa ea, in quibus, cum nullus possit esse defectus boni, aut ratio mali, veri, vel apparentis, ut est ultimus finis nollet, vel saltem bonum in communi, nulla cadere potest indifferentia iudicii, ergo, &c. probatur assumptum quoad primam partem, quia simplex apprehensio objecti in intellectu praecedens sufficit voluntati ad operandum, ut potest dicitur, & potest creata voluntas voluntate complacentiae appetere impossibilitate, ut fuit Doct. d. 6. quae 1. per totam, tamen constat, respectu eorum intellectus nostrum habere notitiam potest iudicium indifferentis; probatur enim assumptum quoad alteram partem, quia voluntas libera appetit beatitudinem in communi quoad exercitium, potest enim suspendere actum, si velit, in qua tamen nulla apparet ratio mali, imo etiam, quantum est ex se, voluntas nostra libera amat eadem libertate ultimum finem, ut fuit Doctor ostendit d. 1. §. 4. Tum praeterea, quia stante ultimo iudicio intellectus ad unam partem determinat, voluntas adhuc integram suam retinet libertatem, & proximè potest etiam in aliam partem fluctuare, ut dicimus ar. 7. ergo falsum est, eius libertatem ita pendere ab indifferentia iudicii, ut ea posita ponatur, & ea ablata auferatur.

41 Deinde efficaciter arguit Doctor 2. d. 25. infra S. intellectus enim (inquit ille) non potest regulare voluntatem indifferentem ad hoc sciendum, vel non sciendum, nisi de uno demonstrando, de altero paralogizando, sive sophistice dicendo, ut in conclusione decipiatur, ergo si indifferentia voluntatis ad agendum, & non agendum sit ab intellectu indifferente proponente obiectum, sequitur voluntatem divinam non esse liberam in suis actionibus, cum intellectus Dei nec paralogizet, nec in iudicando decipiatur; probatur assumptum, quia cum illae conclusiones pro utraque parte deducuntur, sunt contradictoriae, nequeunt ambae esse verae, & ideo iudicium in una cit. verum, in altera erroneum; si dicitur prohiberi intellectum circa utramque partem discurre, ad haec sequitur, voluntatem divinam esse non posse liberam, cum de quocunque obiecto habeat divinum intellectus notitiam certam, & evidentem, non probabilem. Accedit, quod indifferentia intellectus ad hoc iudicandum, vel oppositum, non est intrinseca, nec proxima potestas ad oppositum, sed oritur ex variis mediis, & motibus, quae occurrunt ad mutandum iudicium in probabilibus, eo modo, quo Brutus intendens comedere hoc bubulum, verit le ad aliud delectabilis, quod occurrit, quae indifferentia, ad hoc, vel illud iudicandum ut convenientius, nihil facit ad libertatem, haec enim petit, ut requirit omnibus praerogativis possit voluntas velle, & nolle.

42 Denique inter necessaria requista ad agendum liberè repositum secundum omnes concursus generalis Dei indifferentis, & paratus ad utrumlibet, & magis ex eius indifferentia pendet nostra libertas, quam ex indifferentia iudicii, & tamen nullus haec tenus dixit, radicem nostrae libertatis esse indifferentiam concursus generalis, ergo cum longe minori fundamento asseritur esse indifferentiam iudicii: pro-

batur assumptum, quia cum indifferentia concursus generalis non est composibilis necessitatis actionis, vel suspensionis eius, si adfuit caetera requista, bene tamen cum indifferentia iudicii, non potest iudicio indifferente de amore, vel odio alicuius obiecti, potest Deus praesertim concurrere ad amorem denegato concursu ad odium, non enim cogitur Deus ab illo iudicio indifferente, ut praesertim concurrat indifferenter, & ad utrumque paratum, eo autem casu voluntas necessitatur quoad speciem, quia necessario amabit, imo etiam quoad exercitium ex hypotesi, quod Deus velit continuare concursum cum voluntate ad amorem illius obiecti profectum, tunc enim non potest voluntas desistere ab eodem amore. Adde, quod cum elicitur sunt varia iudicia ab intellectu ad eodem obiecto v.g. dandum esse et: emolvi nam haec ratione, & non esse dandum, quia alia ratio oblat, si potest voluntas sequi hoc, vel illud iudicium indifferenter, ergo prima radix libertatis, & domini erit in ipsa, non in intellectu, & illa varia iudicia si admittantur, erunt tamen conditio, & non causa libertatis determinationis, si vero non potest utrumque sequi ad libitum, nullo modo libera erit, sed tanquam serva sequetur ductum intellectus contra Damascentum, & alios Patres distinguens voluntatem ab appetitu, quia hic ducitur, non ducit, illa ducit, non ducitur; Dices, quando absolute iudicat intellectus alteram partem esse sequendam, tunc necessitatur voluntatem ad eandem volendam. Contra, praeterea quod hoc falsum est, ut constabit ar. seq. quare, an ex imperio voluntatis intellectus ex variis illis iudiciis, quod esse sequendum, praefert alius, vel non, si primum, ergo adhuc prima radix libertatis est a voluntate, quae determinat, quoadnam iudicium praefertendum sit, cuius ductum ipsa sequitur, si secundum, ergo nullam prorsus habet libertatem, quia quando iudicium manet indifferens, ipsa manet perplexa, & magis inclinat ad unam partem, quam ad aliam; postquam iudicium est ad unam partem determinatum, non potest non sequi ductum illius, nec in manu ipsius, ne ponatur. Neque hic locum habet sensus compofitus, vel suppositio, quia quando suppositio, vel compositio non est voluntati subiecta, non salvat eius libertatem, nam suppositio v.g. quod Petrus sit compe viduus, ex suppositione, & in sensu composito non est liber ad ambulandum, & si non potest tollere suppositionem, vel compositionem compe, cum pedibus suis absolute, & simpliciter necessitatur ad non ambulandum.

43 Hic tamen advertendum est, quod licet voluntas nullo modo habeat principium suae libertatis a ratione, sed a seipsa, nihilominus tunc est, ut voluntas liberè operetur, praeterea quod ad specificationem quod praecedat iudicium rationis de convenientia, vel inconvenientia obiecti, hoc autem potius dici debet occasio, & conditio fine quoniam, quatenus voluntas velut potentia (ut aiunt) caeca non potest ferri nisi in obiectum, quod sit ab intellectu propofitum, quia in incoegitum ferri nequit, ut postea dicemus, non autem caeteri debet causa, & principium libertatis proprie loquendo, ut videntur intendere Thomista; & hoc voluit innuere Doctor, q. 5. Met. cit. dum ait, quod *sententia non est proprie causa praedicta indifferentia*; nota, quia si causa accipitur pro occasione, vel conditione sine qua non, ut *lex nisi accipitur ut accipit*, concedi potest in hoc sensu libertatem voluntatis radicaliter, & principiative in intellectu contineri, ut optime quoque adnotavit Faber disp. 4. cit. num. 227.

Quoad alteram partem, quod radix libertatis sit ipsa natura potentiae, de se utrumlibet indifferenter, est Scoti quod. 16. lit. V. ubi docet, primam libertatis radicem intrinsecam non aliunde petendam esse, quam ex natura ipsius voluntatis sponte ingenio indifferenter ad agendum, vel non agendum 3. probante manet ex dictis; quia si voluntatis libertas non radicatur supra indifferentiam iudicii, ut dicebant Thomista, remanet, ut radicetur supra indifferentiam potentiae; tum quia indifferentia libertatis, quae in voluntate formaliter reperitur, utique est aliquid voluntatis, est enim motus eius, vel differentiam ipsam discernens potentia naturalem, ergo in voluntate erit, nedum formaliter, sed etiam radicaliter, & ratio est, quia motus, & differentia rei ab illa eadem remanent, ac oritur, cuius est motus, & differentia, non ab alia; libertas itaque in sola voluntate reperitur radicaliter, & formaliter, & consistit in indifferentia potentiae volitive, non quidem ut passiva est, ac receptiva actus, sed ut activa, quemadmodum diximus q. p. Ceterum cum voluntas nostra, ut activa, talis denominatur a productione physica, & realitatem suorum, ac etiam intentionalem operationem, quatenus per illos iam elicitos dicitur tendere in obiecta, unde sub ratione activae potentiae dicitur productiva, & operativa, ut Scot. docet p. 3. 9. lit. D. ubi dicitur, an dicitur potentia libera, ut productiva actuum suorum, vel potius quatenus operativa, nimirum an dicitur potentia activa libera, quia potest actum suum producere, & non producere, vel potius quia ipso iam producto potest operari per illum, vel non operari, seu tendere, & non tendere in obiectum.

44 Doctor quoad hoc dubium d. 1. §. cit. docere videtur, quod libertas voluntati conveniat, ut potentiae activae operativae, non autem productivae, inquit enim *si iuxta praedicta*, quod licet in nobis possit distingui voluntas, ut est productiva sui actus, ut eisdem potest esse ut operativa per illum, *namque libertas videtur esse eius in quantum operativa*, quatenus nimirum per actum receptum tendere potest, & non tendere in obiectum; idem tenet Vulpes tom. cit. disp. 6. ar. 7. num. 7. & disp. 14. ar. 3. num. 12. & alibi frequenter cum aliis Scotistis. Verum, si libertas convenit voluntati nostrae, ut operativa, de quo postea, nullatenus tamen negandum est competere etiam ipsi, ut productivae, cum praeterea ex hoc capite dicitur

cribi solet voluntas nostra ut libera, quia habet potestatem eliciendi, & suspendendi suum actum, ut diximus q. 1. neque hoc intendit negare Doctor, cum ait libertatem convenire voluntati, ut operativa; sed ut explicat ibi Bargius, innotuere voluit, quod prima libertas est in voluntate, ut operativa, prima nimirum primative adaequationis, tum quia libertas in hoc sensu omni competit voluntati, tam creatae, quam liberatae; tum etiam quia potest voluntas nostra (inquit Barg.) liberè operari absque productione, quia si Deus in voluntate creata causetur actus, potest per illum adhuc liberè operari tendendo, vel non tendendo in obiectum. Imò ut nostrum proferamus placitum in hac re, arbitramur libertatem voluntati creatae convenire proprie, ut productivae actus, non ut operativa, ut optime quoque Basfol adnotavit d. 2. diff. 9. q. 2. §. ad primum istorum, in solutione illius difficultatis, an unus Angelus possit producere voluntatem in voluntate alterius Angeli; movetur, quia ut docet Doctor ipse d. 1. r. 2. q. 1. G. & 3. d. 15. q. un. sup. E. volitio, vel notitio est forma naturalis in voluntate nostra ipsam naturaliter determinans ad alteram partem, unde inquit ibidem, quod voluntas, ut voluntas, est libera, ut volens non est libera, unde experientia docet, quod quoad actus volitionis, vel notitionis a nobis elicitus permanet in voluntate nostra, semper ipsa operatur volendo, & non volendo nec ab operatione desistit, nisi adum deponendo, & ad actu cessando; nec unquam experitur voluntatem se se in operatione suspendere adum tenendo, & continuando, & non per ipsum tendendo in obiectum, sed potius adum ipsum totaliter deponendo, & quando est sub actu, liberè praesertim dicitur operari, quia potest ipsum continuare, & non continuare, non autem quia in ipso perseverando potest per ipsum tendere, & non tendere; quod satis aperte ex Conc. Trid. colligitur sess. 6. cap. 5. loquente de actibus quibusdam supernaturalibus operatis a Deo in nobis, sine nobis in quibus nihilominus, inquit, hominem non se habere merè passive implicationem divinam recipiendo, & rediens rationem, inquit, quia *illam abiectionem potest*, id est se de pellere renitendo, non autem sit, quia illam retinens potest per ipsum non operari, & in obiectum non tendere. Cum autem Doctor cit. inquit libertatem convenire voluntati nostrae, ut operativa, advertendum est, quod ibi inquit libertatem divinam voluntatis, in quo consistat, & ad hoc explicandum declarat, in quo conveniat voluntas nostra, ut libera, cum voluntate divina, & inquit libertatem, in qua voluntas nostra communicat cum divina, aliam non esse, nisi quae ei convenit ut operativa, quia sic ab omni imperfectione praesentis; adhuc tamen ibi declarat voluntatem non tam non esse operativam, nisi prius sit productiva, & consequenter non esse liberam operando, nisi in quantum est libera in producendo, unde libertas in operando in nobis commixta est cum imperfectione libertatis in producendo, quod si ab ea praefcindatur, convenit nostra libertas cum libertate divina, quae convenit voluntati, ut operativa, cum ipsa non sit verè productiva sui actus, ob cuius limitationem potest per illum eundem actum suum exercere libertatem tendendo, vel non tendendo.

45 In oppositum arguit Thomista, Arist. 2. Ethic. cap. 2. & 3. docet expressè, quod desiderium, & electio oritur ex consilio, & iudicio rationis, & 9. Met. c. 3. alii, quod potentia rationalis, eo quod rationales sunt, habent se ad opposita, quod non convenit potentis irrationalibus, ergo ex eo quod ratio se habeat ad opposita, consequitur tanquam ex causa libertas voluntatis ad opposita. Tum 2. quia etiam a Patribus, & Theologis voluntas dicitur libera, quia est appetitus rationalis, & appetitus sensitivus non est liber, quia irrationalis, ergo libertas radicaliter, & causaliter est in ratione. Tum 3. quia in hoc differt intellectu a sensu, quod ille variè potest iudicare de obiecto secundum varias circumstantias, & illud proponere, ut una ratione sequens, ut alia respiciendo, sensus verò determinat se tum obiectum proponit, quae ratione appetitus in brutis non est liber, ergo talis indifferentia rationis verè est radix, & causa libertatis. Tum 4. quia haec etiam ratione in beatis voluntas non est libera, quia non est appetitus rationis indifferens, sed omnino determinata, siquidem ostendit summum bonum, ut omnino amplectendum. Tum quinto ideo causae liberæ appellatur arbitrio liberæ, quia dicitur ordinem ad iudicium praefictum, tanquam ad arbitrium proponentem media ad aliquid finem indifferentia, ergo libertas in indifferentia iudicii radicatur. Tum 6. experitur, quod quantum voluntas vel aliquid finem, necessario vult media, quae habent necessariam connexionem cum illo fine, & solum ea contingenter vult, quae iudicantur indifferentia. Tum 7. quia ipsa met libertas divina voluntatis respectu rerum ad extra non consistit in indifferentia potentiae, quia haec inferret in voluntate divina imperfectionem, & potentialitatem, sed consistit in indifferentia iudicii, quod obiecta creata, & creabilia iudicantur indifferentia, & non proponuntur ipsi ut necessario diligibilia. Tum 8. quia actus liber definitur esse motus voluntatis ex tali iudicio indifferente proveniens. Tum 9. quia videmus, quod quoad iudicium caret omni indifferentia, & solum est coarctatum ad unum, motus, qui sequitur in voluntate, est indeliberatus, & carens libertate, quod constat in motibus primo primis, ponitur in obiecto alioquin communitur orti censetur, quia non potest appetere aliquid, nisi a potentia cognoscente proponatur ei tanquam appetere aliquid, nisi a potentia cognoscente proponatur ei tanquam bonum, nec respiciere, nisi proponatur tanquam malum, ergo si potentia cognoscens est determinata, & non proponat, nisi unum, bonum scilicet vel malum, appetitus necessario illud, vel appetit, vel respicit, ut patet in brutis, at si intellectus proponit obiectum indifferenter sub ratione boni ex una parte, & sub ratione

mali ex alia, appetitus poterit in hanc, vel illam partem inclinare, & ex hoc erit liber. Tum tandem quia si in voluntate est formaliter, & radicaliter libertas, sequitur posse quempiam credere sine ulla ratione movente ad credendum magis, quam ad discredendum.

46 Resp. electionem dici ex consilio oriri, quatenus ad illam necessario praerogatur, non autem quia consilium fit vera, & propria causa libertatis electionis, quae est actus voluntatis, & in hoc sensu loquitur Arist. 2. Ethic. loc. cit. & 9. Met. eadem intellectionem vocat potentiam rationalem in opposita potentiam, quatenus subest voluntatis imperio, ut notat Doctor ibi supra textum, & q. 1. supradem lib. & 2. d. 2. §. *si dicitur*, unde ibi potentiam rationalem, quae est oppositiorum, vocat appetitum, seu probarefrem idem electionem, quae est actus voluntatis, vide, quae de hoc textu diximus ex Scot. supra nu. 10. Ad 2. voluntas est libera a se, formaliter ad Deo, efficienter ab intellectu, ut ad conditionem praeviam, dicitur appetitus appetitus rationalis, quia sequitur rationem ad distinctionem appetitus sensitivi, qui sequitur sensum. Ad 3. illa iudiciorum varietas non est causa libertatis, sed tantum conditio, ut ostensum est, sed nec semper requiritur, nam intellectus non potest proponere bonum, ut sic, vel ultimum finem, nisi ut determinate volendum, neque malum, nisi non tendens, & tamen liberè illud volens, illud non tendens, neque ex ratione differentis voluntas, & appetitus brutorum, sed ex illis rationibus formalibus, ut diximus q. 1. Ad 4. neg. assumptum, aliunde enim auferitur usus libertatis in beatis, nimirum ex concursu Dei praesertim exhibito ad actum beatitudinis, & ad actum illi contrarium denegato ex Scot. 4. diff. 49. qu. 6. unde si beatus sibi dimittitur, potest ab actu fructuosus cessare. Ad quintum causae liberæ dicitur arbitrio liberæ, quia dicitur ordinem ad arbitrium, id est ad iudicium rationis, non quidem tanquam ad radicem libertatis, sed voluntatis ad ministrum, & consilium obiectum operabile, quae circumstantiam proponentem. Ad 6. electio mediocrum cum sine necessarium consentium arguitur actus, ut eruditè ostendit Doctor 1. d. 3. ar. 7. Ad 8. neg. item assumptum, nam potius ratio adus liberi in eo consistit, quod sit motus voluntatis cum indifferentia factus, quod si actum intellectus supponit, sanè non supponit illum, ut causam sui, vel suae libertatis, sed solum ut conditionem sine qua non, quae voluntas operari nequit sine obiecto praesente, & ei fit praesens obiectum per praeviam cognitionem. Ad 9. motus primò primi, qui sunt omnino naturales, & necessarii, non sunt actus voluntatis, sed appetitus sensitivi ex Scot. 2. d. 42. ad p. 3. q. delectationes verò, quae sunt in voluntate, tanquam primi motus, inquit, esse peccata, quando sunt de obiecto illicito, quia licet non sunt sine actu rationis, & voluntatis praecedente, unde vult illos motus voluntatis habere aliqualem libertatem, etiam si tunc ex subita, & implicitè intellectus apprehensione voluntati proponatur obiectum sub ratione boni tantum delectabilis, & nullo modo sub ratione mali, & d. 1. ar. 2. probabile est iudicium eorum necessitatem, ob quam excusantur a mortali, non tam ex defectu plene deliberationis provenire, quam ex vehementi passione, opinatè secum voluntatem trahente in consensum, quae facile nata est condelectari appetitui sensitivo propter connexionem partis intellectivae cum sensitiva, quae ratione motus illi primi voluntatis dici solent subrepticis, & hoc tenent quoque Victoria electione de puero perveniente ad usum rationis, Cordub. lib. 2. de ignor. quae 1. & 2. Valent. disp. 2. quae 1. §. pa. 3. Ad 10. concludit nam obiectum proponi debere sub indifferentia, ut voluntas circa illud fit libera libertate specificationis, & talem propositionem obiecti esse necessarium, tanquam conditionem, sine qua voluntas non eo modo libera esset circa illud obiectum, non tamen probat esse veram causam, & radicem talis libertatis nempe specificationis, & tanto minus probat esse causam libertatis exercitii, quia haec exerceri potest circa obiecta determinatè propofita aut sub ratione boni, aut sub ratione mali, cum circa hoc, & illud possit voluntas ex se libera libertate amplitudine habere actum libenter, unde advertendum quod si rationes Thomistarum aliquid valeret, ad summum elederent libertatem specificationis pendere ex radice, ex indifferentia iudicii, non tamen libertatem exercitii, quia haec, quantum in se est, indifferentiam iudicii non praerogatur, nec tanquam causam, nec tanquam conditionem; unde si Thomista hira-tionibus praetenderent, quod indifferentia iudicii, & obiectiva sit ra-



dia libertatis specificationis, essent ex parte excusabiles, quia libertatis specificationis praesertim per hoc distinguitur a libertate exercitii, quod haec tenet ex parte potentiae, illa vero ex parte objecti, quod per suam bonitatem, vel malitiam potest terminare actum huius, vel illius speciei idem amorem, vel odium, sed quia Thomista contendunt illis rationibus demonstrare omnem prorsus libertatem pendere, ut ex radice, ex indifferentia iudicii, minime sunt audiendi. Ad utrumque confes. nam sicut voluntas nequit velle, nisi bonum, & nolle nisi malum, ita nequit sine illa ratione imperari intellectum, ut assensum, vel dissentium, unde qui cito, idem fuit illi ratione, vel auctoritate credit, levis est corde.

48. Secundo, obicit non levem difficultatem ex moralibus deducendam, quia ex maiori, vel minori advertentia intellectus ad bonitatem, vel malitiam objecti augetur, vel minuitur in voluntate libertatis, ergo advertentia rationis est totalis causa libertatis in voluntate, confes. patet per regulam illam, sicut se habet magis ad magis, ita simpliciter ad simpliciter, probatur assumptum, quando semipleme, & remissè attendimus ad bonitatem, & malitiam objecti, actus dicitur imperfectè liber, accedente autem plena advertentia, fit magis liber. R. sup. aliud est loqui de libertate physica, ad quam sufficit cognitio commodi naturalis, atq; ideo datur in pueris ante usum rationis, aliud de libertate moralis, quae praesupponit cognitionem boni, vel mali moralis, virtutis, & vitii, argumentum itaq; bene probat libertatem moralem ex tali advertentia rationis maxime pendere, ut enim moraliter agas, idell rectè, vel non rectè in genere moris exigitur aliquis cognitio boni honesti, vel mali oppositi; non tamen probat de libertate physica, seu simpliciter, de qua hic est fermo, hæc enim præcisè pendet, ut ex radice, ex ipsa indifferentia potentiae voluntatis; neq; patet hanc libertatem ab illa ex integro fecerim, sed potius esse eandem libertatem voluntatis, quae, ut habetur ordinatur advertentia rationis circa materiam moralem, dicitur moralis, unde nonnisi per connotata differant. Vel ad omnem difficultatem tollendam, insistantiq; excludendas, quae contra illam solutionem urgeri possent, distinguenda est in actu duplex libertas, una essentialis, & intrinseca proveniens ex indifferentia potentiae, quae semper adest, accidentalis alia, & extrinseca; quae proveniat ex indifferentia objecti, quò enim obiectum proponitur magis indifferens in ratione boni, & mali, eo actus est liberior, & illa utique ex maiori, vel minori advertentia ad bonitatem, & malitiam objecti minuitur, vel augetur; quae doctrina declarari potest exemplo de successione in motu essentiali, & accidentalibus, hæc enim augetur, & minuitur ex densitate, vel raritate medii, non illa, quia ratione dicimus posse fieri motum in vacuo. Accedit argumentum plus etiam probare, quom ad veritarii velint, probat enim nisi bene intelligatur, indifferenciam iudicii esse totalem causam libertatis; non radicalet tantum, ut ipsi prætendunt, quamvis ergo concederetur libertatem ex maiori indifferencia iudicii, & advertentia rationis circa bonitatem, & malitiam objecti aliquo modo augeri, hinc tamen inferre non licet, libertatem innatale libertatis, & malitiam objecti iudicii pendere, vel ex intrinseca radice, sicut ex hoc quod ex habitu interior procedat actus, inferre non valet habitum concurrere ad simpliciter agendum, cum tantum ad hoc agendum, idell intensus concurrat; modus autem arguendix illo loco topicò deductus valet in causis per se, & præcisè, qualis in proposito non est indifferencia iudicii respectu libertatis, ut etiam ipsi Thomista concedunt.

49. Tertio, tandem obicitur probando ad libertatem exercitii præcisi cognitionem indifferenciam, per quam cum bonitate appareat aliqua malitia, vel in obiecto, vel saltem in exercitio amoris ad hoc ut possit omitti: quia cum voluntas omittit amare obiectum, debet habere aliquod motum illius omissionis, ergo debet esse malitia appars in obiecto, vel saltem in exercitio actus amoris præter bonitatem cognitam. Confes. patet, quia bonitas cognita non potest esse motum cessandi ab amore, probatur assumptum, quia amare, vel odio habere obiectum, debet fieri ex aliquo motivo cognito, ergo etiam cessare ab amore, vel odio. Conf. quia Deus amat necessariò quoad exercitium hoc hanc solam rationem, quia neque in seipso, neque in exercitio amoris potest apparere aliquis defectus, aut malitia.

R. Respond. neg. assumptum, quia omniño nulla indiget motivo, sed ipsam sufficit sola voluntas innata libertatis, inò voluntatem suspendere actum circa obiectum formalissimè est ipsam non finire se moveri, unde cum voluntas omittit, si interrogaretur, quare omittit, aliud respondere non posset, nisi quod ex sua libertate omittit; nec ex parte objecti ad summum posse assignari aliud motum, ut non interpretativum, ut inferri dicemus 4. art. 2. ad 2. ad probationem assumpti neg. etiam confes. magnum namque versatur discrimen inter actum, & eius omissionem, quia actus positivus est ordo, vel includit ordinem ad obiectum, & specificatur ab eo, ideò non respicit illud, tanquam motum, omittit autem est carentia ordinis ad motum, atq; ideo malum possit motum, vel sit omniño pura abiq; adu anxiò, qui eius causa existat. Ad conf. negatur quoad assumptum, non enim ob eam rationem Deus cessare nequit ab amore suo, sed quia amor sui ipsius est perfectio simpliciter, & suavitè beatitudo, repugnat autem, Deum non esse beatum, & aliqua perfectione simpliciter carere, alioquin non esset ens infinite perfectum, si posset cessare ab amore suo, & ex hoc capite augetur Doctor necessitatem amoris Dei erga seipsum 1. d. ro. q. un. & quol. 16.

ARTICULUS III.

Voluntas non determinatur ab ultimo iudicio practico intellectus.

50. Ita Doctor loc. cit. ab initio quæsit. quem omnes Scotista sequuntur circa ea loca Faber disp. 9. cit. cap. 10. Vulp. disp. 5. cit. art. 11. Balsol. 2. dist. 25. q. 2. Becan. cit. tract. 1. cap. 1. q. 5. Onuph. tract. de Anim. disp. 2. par. 3. dub. 3. Hurtad. disp. 1. 4. de anim. lect. 8. & fuit etiam sententia Henric. quol. 1. q. 16. & 17. quol. 10. q. 10. Ocham. 3. q. 12. art. 3. Gabr. ibi. cap. 1. q. 9. art. 3. Marfil. q. 16. art. 2. Ricard. 2. dist. 28. art. 2. q. 4. Mair. q. un. Almain. 3. moral. cap. 2. & 3. & aliorum, & communis etiam est apud Recentiores extra Thomistarum scolas; sequitur manifestè ex asserto precedentis articuli, statuto enim quod indifferencia voluntatis, saltem quantum ad exercitium actus, non pendet essentialiter ab indifferencia iudicii intellectus, consequenter etiam tenendum est, determinationem ipsius non essentialiter pendere à determinatione illius.

Probatur autem in primis eductio Arist. & Patrum auctoritatibus, quarum nonnullas adducit Doctor loc. citat. Art. 3. de anim. 47. sic loquitur, amplius præcipere intellectus, & dicitur intelligencia fugere aliquod, aut profecti non moveret, sed secundum conceptionem agit, ut incurrens, & 3. Ethic. cap. 2. inquit, nonnulli opinantur quidem melius, sed propter pravitatem eligunt, quia non oportet, & cap. 14. ait, voluntas incurrens appetit id, quod non patet esse faciendum. D. Aug. in illud Psalm. 123. forte visus deglutit-ent nos, inquit, sicut quid sit agendum videmus, nec agimus, quia non desinit, & paulo infra, ecce videmus, quid agendum, & tamen voluntas agere; D. Bernard. de lib. arb. inquit, quod voluntas licet non sit ratione, tamen contrariatur rationi potest eligere minus bonum, ac etiam manifestè deducit ex illo Lucae 12. foras, qui cognovit voluntatem Domini, & non fecit, ergo posito quocunque iudicio in intellectu, quantumvis ultimo, & practico, nedum potest voluntas pro sua libertate illud non sequi, sed etiam illi contraire, & oppositum velle, dummodo eialia ratione id fuerit offensum. Nec valet, quod inquit, hoc esse verum cessante iudicio priori, & adventante alio. Hoc enim est palam eludere adductas auctoritates, quia tunc non esset contra rationem, & cessante priori iudicio de maiori bono eligendo, & adventante alio de minori bono, voluntas tunc eligeret illud.

51. Secundo probatur rationibus; & in primis ratio deducta, tam ex munere intellectus, quam ex natura ipsius voluntatis, & intellectus namq; non est nobis datus, ut efficienter, & physice moveat alias potentias applicando eas ad opus, hoc enim est munus voluntatis, sed solum datus ad diligendum ostendendum, & didicandum, quod agere debet, imperari tamen relinquens in sua libertate, quod si physice ab eo determinaretur ad opus, tunc voluntas se haberet respectu intellectus, sicut cæterae potentiae respectu voluntatis, unde sicut in potentia motiva sic, vel sic movere non adhibetur tunc potestati, sed voluntatis imperio, ita à pari in voluntate, sic et sic agere non esset adhibendum tunc potestati, sed rationi sic vel sic dicenti, & imperanti. Respondet Thomista intellectus esse minus non tantum ostendere, & præterea obiectum, sed etiam imperare, quid agendum sit, ex D. Tho. par. 2. quæst. 17. art. 1. Contra quia ex hac ipsa solutione confirmatur argumentum factum, quod in voluntate sic, vel sic agere non esset tunc potestati tribuendum, sed rationi sic, vel sic imperanti, non fecus ac quod potentiae inferiores aliquando sic, vel sic operantur in imperium, & determinationem voluntatis referunt; tum quia sic intellectus interdum per ultimum iudicium practicum imperat voluntati, hoc facit solam moraliter, & per modum regulæ simpliciter proponendo, didicando, & taxando rectum, non autem impellendo, & physice determinando voluntatem ad actionem, neque de alio imperio loquitur S. Thom. loc. cit. quam de illo moralis, ut constat ex expressis eius verbis; tum tandem quia nec etiam ad omnem voluntatis actum opus est tale imperium in intellectu præter; nam præter actum volendi efficendum datur quoque actus simplicis complacentiae, ad quem efficiendum sufficit in intellectu præcedere solam obiecti apprehensionem absque iudicio, ut infra dicemus.

52. Secundo, appetitus brutorum idcirco non est liber, ut notat Scot. 4. d. 43. q. 2. H. quia cum sit determinatus ad certum genus appetituum non potest non sequi, quod cognitio sensitiva commodum demonstrat, nec potest non resistere, quod illa ostendit incommodum, ergo ut voluntas, quae est appetitus rationalis, sit libera, non debet sicut ille determinatè legi iudicium, & rationem intellectus, adeò ut omnino id facere teneatur, quod intellectus suo ultimo iudicio dicitaverit, sed potius etiam eo flante id facere, quod magis ei libuerit. Confes. patet, assumptum verò concedi solet à Thomista, qui libertatem voluntatis petunt ex indifferentia iudicii radicaliter. Dices, non ea de causa præcisè appetituum brutorum libertate carere, sed ea præsertim ratione, quia sequitur cognitionem determinatam, & non indifferenciam, sicut sequitur voluntas, mens enim quæ iudicat suo ultimo iudicio practico hoc fore faciendum, potest committi iudicio ad alia speciem dicere non esse faciendum, quod non contingit estimatiis brutorum. Contra, quia cum intellectus nequeat in practico ad utraque partem arguere, ut voluntatem suadet, nisi ad unam partem (sophisticè syllogizet ex didis ar. præced. cum Scot. d. 2. 5. sequitur, quod libertas esset in voluntate propter aliquem defectum in intellectu, quod est absurdum; tum quia, etsi flante iudicio indifferenciam potest dici li-

bera, tamen quandiam flaret ultimum iudicium determinatum, non posset libera dici, sed omnino similis brutorum appetitui in operando, ut arguit Doctor 2. dist. 2. q. 5. butor.

53. Tertio, quia hinc tolleretur libertatis usus, nam si voluntas in omni actu suo determinatur ab ultimo iudicio, cum hoc sit unum ex prærequisitis ad agendum, sequitur, quod operetur antedecenter determinata, & sine libertate, quia posito illud nequit illud non sequi, nec in manu ipsi esse non ponitur; nec valet hic sensus compositus, & divinus, cum illa suppositio, vel compositio non sit subiecta ipsi voluntati. Dices cum Iavell. 9. Met. q. 4. ideo non impeditur usum libertatis, quia talis determinatio est à iudicio practico radicaliter libero; Contra, quia iam art. præced. ostendimus non dari hanc libertatem radicalem in intellectu, tum quia vel hoc iudicium ultimum dicitur radicaliter liberum, quia sit indifferens in proponendo obiectum, & hoc non, quia est determinatum ad alteram partem, vel quia ab intellectu possit elici, & non elici, & neque hoc, quia intellectus est causa naturalis operans necessariorè præfente obiecto. Dices cum Medina p. 2. q. 6. art. 2. non impediri usum libertatis, eo quod habet voluntas in sua potestate amovere hoc ultimum iudicium, à quo ponitur determinari. Contra, quia cum nullo modo patiens, quia ratione patiens est, impediri possit ad movendum agendum, ad hoc necesse est volentem per aliquem actum suum positivum iudicium illud impedire v. g. vel applicando intellectum ad aliud obiectum considerandum, vel alio modo, vel ergo tunc actus ille esset determinatus ab aliquo alio iudicio rationis, & redit eadem difficultas, vel non, & tunc licet actus ille potest elici à voluntate sine iudicio practico determinante, ita & ille, & quilibet alter. Dices cum aliis Thomista, iudicium illud practicum dependere à voluntate, quia voluntas, cum primum ei proponitur obiectum, potest finire se moveri ab obiecto, vel resistere, & dum finitè moveri à ratione proferit tunc intellectus conclusionè iudicium practicum ad quod sequitur electio positiva voluntatis; Contra, quia hoc quod ad illud voluntatem finire se moveri est actus liber voluntatis, & sit ante iudicium practicum, ergo non omnibus actus voluntatis elicitur ex determinatione iudicii practici. Dices illum non esse actum positivum voluntatis, sed negativum, quatenus voluntas non resistit, cum possit. Contra, quia saltem illud resistere erit actus positivus, & fieri poterit non præcedente iudicio, deinde quia si voluntas potest liberè omittere ante iudicium practicum rationis, non videtur inconveniens, quod possit etiam positivè operari ante illud, vel sine illo. Dices tandem cum aliis, adhuc servari libertatem voluntatis à iudicio practico determinante illam, quia actus elicitur à potentia secundum se libera, manens ipsa sic determinata in sententia composita necessariorè operantur; Contra, quia licet superius didicimus, ad salvandam libertatis usum non requiritur tantum, ut potentia sit sui natura libera, sed ut & proximè ad operandum applicata cum omnibus prærequisitis liberè, & indifferens in sensu composito ad operandum, vel non operandum; hæc ratio, quæ præcipua est inter alias, tangitur quoque à Doct. loc. cit. 2. d. 5.

54. Quarto, quia si loquar de libertate exercitii, quoad hanc nec determinatur ab ultimo iudicio practico, nam ipso flante in intellectu adhuc voluntas retinet indifferenciam contradictionis ad operandum, & non operandum, quod constat in Angelis malis Dei æqualitatem appetentibus non obstante ultimo iudicio practico dicente æqualitatem illam esse creaturam impossibilem; licet etiam iudicium determinatè dicente Deum esse super omnia diligendum, voluntas verò manet ex se indifferens ad amandum, & non amandum, alioquin dilectio meritoria non foret; cum non esset nobis libera, sed necessaria flante illo dictamine, neque in illo iudicio illa est libertas, ut diximus, si verò sermo est de libertate specificationis, neque quoad hanc determinatur voluntas per ultimum iudicium practicum, quia experimentum constat, multos rectè consulere, & iudicare, quod sit agendum, vel fugiendum, & tamen vel propter malum consuetudinem, vel ob vehementem passionem appetere, & eligere illud, quod est malum, & peccatum, quòd peccat illud Medes apud Horat. video meliora, proboque, deteriora sequor, & ita de facto contingit illis, qui contra conscientiam peccant, sciunt enim quod sciunt esse prohibendum, & nullo modo faciendum; unde in se operantibus voluntas non conformatur ultimo iudicio practico, alioquin contra conscientiam non facerent, sed potius illud repuit.

55. Quinto, si voluntas in omni actu suo determinaretur à ratione, sequitur, voluntatem nunquam peccare posse sine errore, & defectu præcedente in intellectu, quod est falsum. Confes. patet, quia si voluntas in omni actu suo determinatur ab ultimo iudicio practico rationis, iam errare non posset, nisi iudicium rationis foret erroneum; Falsitas verò consequens fuisse ostenditur à Scot. 3. d. 36. §. contra hoc arguitur, & probatur potest tum ex illo Jacobi 4. sciens bonum facere, & non faciens peccatum est, tum ex Art. 7. Eth. cap. 3. & 5. dicente, quod flante ratione universali, & particulari in anima, est in potestate nostra, ut sequatur, vel non sequatur actio, quod etiam sanxerunt tres articuli Parisienses, quorum primum refert Doctor, tum quia peccata Angelorum, & primi patris intellectus, cum pena non præcesserit culpam; tum quia aliqui non peccaverunt unquam ex certa malitia, nam hoc peccatum dicitur assignari à Patribus præsertim Aug. lib. 83. q. 27. à peccato est infirmiter ex inclinatione appetitus sensitivi in sumum delectabilem; peccatum ex ignorantia oritur ex ratione errante; peccatum tandem ex certa malitia fit cum ipsa voluntas secundum se neque flida-

ab appetitu sensitivo, neque decepta à ratione errante vult pro libero contra rationem agere, tum tandem quia si talis defectus debet in intellectu præcedere voluntatis defectum, talis defectus esset iudicium erroneum, & sic semper cum quis peccat, est hæreticus, quia iudicare hic, & nunc aliquid esse eligendum, quod ad hunc dicitur esse peccatum, & fugiendum.

56. Respondet aliqui Thomista id non sequi, quia huiusmodi iudicium est practicum, hæretici autem debere esse iudicium speculative, contra, quia huiusmodi iudicium etiam practicum ad veritatem h. d. quæ practico dicitur hic, & nunc Deum esse diligendum. Alii Thomista ad evitandum hoc inconveniens aiunt, hoc iudicium practicum necessarium ad eliciendum voluntatis operationem non esse conclusionem syllogismi practici, quo hic, & nunc dicitur obiectum debere amari, cæterisque præferri, nam utique in actibus malis tale iudicium foret hæreticum, quod est quidam actus explicatus hac voce *fac hoc*, quia actus est error positivus contrarius, non quidem scientiae, sed prædentiae. Contra quia talis imperandi modus ad voluntatem spectat, non ad intellectum, ut infra dicemus; tum quia hoc admittit iudicium in nobis non semper adest, dum peccamus, testatur ipsa conscientia, quæ dum actus peccatus tenet, & contra malum murmurat; tum quia tale iudicium per modum imperii, vel non est error, vel error contra fidem, ratio est, quia vel quando intellectus hic, & nunc imperat voluntati aliquid peccatum, vel significat illud esse committendum, & sic est error contra fidem, quæ docet non esse peccandum, vel tantum imperat id, quod fieri debet ut illius imperii, & in hoc nullo est error, vel iudicat expedire ut fiat ratio utilitatis, vel delectationis, ad quam magis attendit, quam ad honestatem, & hic propriè non est error, sed defectus considerationis, quietiam non est necessarius, ut mox dicemus.

57. Respondet proinde Valsq. p. 2. tom. 1. disp. 128. c. 5. in intellectu peccatis præcedere semper, non quidem errorem practicum, sed aliquem defectum considerationis, adeò quod intellectus efficacious suadet malum, quon bonum, quæ licet voluntas possit non amplecti id, quod efficacious, vel æquè efficaciter sibi fuerit propositum, tamen amplecti non potest, quod non fuerit ibi magis efficaciter propositum, unde vult peccantem talem semper pati defectum in intellectu, qualem non habet qui non peccat. Sed hic quoque dicendi modus facile reicitur, tum ex eo, quod diximus, nec Luciferum, nec Adamum ex inconsideratione peccasse; tum quia hoc dicitur repugnat Aug. 1. 2. de Civit. cap. 6. docenti ex duobus æqualiter corpore, & anima affectis videntibus corporis alicuius pulchritudinem alterum posse illicitè concupiscere, alterum in casta voluntate permanere, & præciam eandem huius differentia (inquit) esse quia unus vult, alter nolit à castitate decessere; sed æquales animo non essent, si alter haberet perfectum obiecti scientiam, alter non, neque tunc rectè refunderet Aug. huius differentie totalem causam in velle, vel nolle, sed potius reducere debuisset in scire, & nescire. Accedit, quod si ad peccandum semper efficacius proponi debet obiectum malum, ut ait Valsq. voluntas tunc necessitatur quoad specificationem, & etiam quoad exercitium, si enim duo obiecta æqualiter repræsentantur, v. g. bonum ex una parte, malum ex alia, voluntas neutrum amplecti potest, quia ad amplectum unius requiritur secundum Valsq. quod efficacius proponatur altero, & sic libertas specificationis in tali causa adestur, auferitur etiam libertas exercitii in eodem casu, quia hæc est ad actum eligendum, vel suscipiendum, & tunc necessariorè suspenditur, quia in obiecta æqualiter repræsentata non potest per se tendere voluntas secundum Valsq. si autem inæqualiter repræsentantur, tunc multo minus erit libertas specificationis respectu obiecti minus efficaciter propositi, sed neque aderit libertas exercitii, quia si efficacius proponitur peccatum, quam abstinencia ab eo, hæc erit impossibilis, quia secundum Valsq. quod minus efficaciter proponitur, eligi non potest, videntur Hurt. & Arriag. loc. cit. late resistentes hanc imaginationem Valsq. Demum tempore, quod oblat præceptum audiendi præcedente in intellectu, si enim dicit Valsq. tunc proponi omissionem sacri efficacius, & præferendam auditui missæ; tunc præcederet error contra fidem, quod nec ipse concedit, sed tamen concedere cogitur, quia loc. citat. cap. 5. inquit præcedere in quo libet peccato aliquo defectum considerationis, itaut obiectum, in quo voluntas fertur, repræsentetur aut ut efficacius, aut ut convenientius, quod sanè contingere nequit sine errore in fide, quæ docet abstinenciam à peccato convenientiorè esse ipso peccato, imò peccatum esse maximum inconveniens; sed de hoc infra reddidit sermo 9. 6. art. 1. c. 1. b. 3.

58. Sexto, tandem flante ultimo iudicio intellectus de electione duorum mediolorum inæqualium non tenetur voluntas eligere illud, quod videtur utilius, ergo in ipsa electione mediolorum non determinatur voluntas ab ultimo iudicio practico; Confes. patet, quia cum intellectus sit potentia naturalis, iudicabit necessariorè illud fore eligendum, quòd utilius cognoverit; probatur assumptum, quia hoc ipso, quod neutrum proponitur ut necessarium, potest voluntas in omni sententia non eligere illa; & consequenter quod libellorum non eligere singillatim, cum tamen utriusque propositum fuerit à iudicio rationis, ut eligendum, quod quidem comprobari potest ex usu libero divinæ voluntatis, omnes enim Theologi docent incarnationem fuisse optimum medium ad mundi redemptionem, idque necessarium iudiciale Deum prorsusquam illam velle, & tamen flante illo iudicio potuisset Deus id non velle, sed



fed aliud, signum evidens voluntatem non teneri eligere illud, quod iudicatur utilis.

In oppositum arguitur. Primo auctor. Arist. num. 3. Ethic. cap. 2. ait illud eligi voluntate, quod in consultatione deliberatur, & lib. 6. cap. 12. & 13. docet virtutes morales connexas esse cum prudentia, non ob aliam causam, nisi quia voluntas sequitur iudicium rationis, & 3. de Anim. 58. universaliter docet appetitum a ratione moveri. Conf. D. Bernard. lib. de gratia, & lib. arb. ubi ait habet voluntas quocunque se volvat, semper comitem rationem, non quod semper ex ratione, sed quod nunquam sine ratione moveatur. Resp. ad has, & similes auctoritates Arist. in Ethic. loquitur semper de actione recta, & studiosa, unde 6. ethic. loc. cit. dicebat, opus perfectum secundum prudentiam, & moralem virtutem, quia virtus facit intentionem rectam, prudentia vero illum dirigit, & ideo non est, cur exinde deducere debeamus voluntatem determinari a iudicio rationis, sed solum debere se conformare dictamini recto prudentie ad hoc, ut recte eligat, auctoritas D. Bern. potius est pro nobis, clare enim dicit, quod non semper agit ex ratione, ideo conformatur ad rationem; quod autem inquit habere comitem rationem, significat, quod semper habet illam, ut ei repraesentantem sufficienter obiectum suum.

Secundo, urget rationibus, quia voluntas nequit aliquid velle sine precedenti iudicio rationis, cum ferri nequeat, nisi in obiectum prius cognitum, per rationem presentatam, ergo si iudicium erit indeterminate, ipsa quoque indeterminata erit, si determinatum, ipsa quoque determinata, sed ultimum iudicium practicum est determinatum, ergo voluntas determinabitur ab eo; Conf. prob. nam si quando iudicium est determinatum ad unum, possit voluntas aliud eligere, vel aliud non eligere, nulla possit reddi ratio, cur voluntas elegerit, & obiectum iam iudicatum dimiserit, neque tunc voluntas possit reddere rationem, cur ita faciat, quod est contra experientiam, nemo enim est qui interrogatus cur aliquid agat, non respondeat, quia iudicio ita facientium, qua de causa voluntas dicitur appetitus rationalis, five cum ratione; Quod si dicas, etiam in tali casu reddi posse rationem talis electionis, quod videlicet fecerit, ut ostenderet rationem, Contra urget, quia iam hoc ipsum tunc erit ultimum iudicium rationis practicum, quod scilicet considerat omnibus hic, & nunc praestat contra rationem agere, ut palam fiat voluntatis libertas, & ab hoc ipso iudicio voluntas in tali casu determinabitur. Confirmatur, quia si iudicium rationis omnino determinatum erit ad alteram partem, ergo non potest voluntas oppositum eligere, alioquin ferretur in ignotum, & in tali casu non diceretur ab intellectu, sed a se operante, quod est contra conaturalem eius agendi modum. Denique obiectum voluntatis est bonum, non utcumque, sed ut iudicatur conveniens, opus est ergo praecedere iudicium de convenientia obiecti, quod veli manducare voluntatem.

60 Respond. in primis fallum esse assumptum universaliter pronuntiatum, licet enim volitio effectus finis, vel mediourum ad finem supponat tale iudicium de bonitate finis, & convenientia mediourum, tamen velle simpliciter complacentiam non necesse est supponit illud, cum ad talem actum elicendum simplex apprehensio obiecti sufficiat, ut postea dicemus: tamen admisso pro nunc antecedente, ad huc neg. conf. quia voluntas non ab alio determinatur, sed seipsam determinat, dum exit in actum secundum, imo in hoc consistit eius libertas, ut postea iudicio determinatio, adhuc maneat indeterminate, donec seipsam determinet elicendo actum, aut suspendendo; & adhuc in tali casu voluntas potest rationem reddere, cur ita fecit: sed sicut opus non est, quod sibi proponatur obiecti bonitas per iudicium in omni actu suo, sed sufficit, si proponatur per simplicem apprehensionem, ita non semper oportet, quod reddat rationem, quia intellectus non tantum illud, sed etiam illud bonum finem proponit, ita colligitur ex Scot. 2. d. 6. q. 1. C. & d. 22. in fine; ad id Bassol. loc. cit. non semper teneri voluntatem reddere rationem, cur ita facit, sed tantum cum recte, & rationaliter operetur, aliis non teneretur aliam rationem reddere, nisi quia ita placet, vel quod fiat pro ratione voluntas. Ad Conf. ex Doct. cit. & Bassol. ibidem §. quantum ad 3. art. neg. conf. quia cum perfecto dictamine, & iudicio rationis dictantis prosecutionem alicuius boni, vel mali siquam reperit in intellectu noticia apprehensiva saltem confusa vel oppositi, cum iudicium supponat actum collativum divinum, vel compositivum in ordine ad oppositum, & in tali casu adhuc diceretur sequi ductum intellectus ostendentis per simplicem apprehensionem obiecti bonitatem, non tamen iudicantis, quod si quis in hunc penderet actum, quod nullius alterius obiecti cognitio precederet in intellectu excepto illo, quod proponitur per ultimum iudicium practicum; praeterquam quod talis casus non est admittendus, propter rationem allatam, tamen adhuc admisso, non sequitur voluntatem a tali iudicio necessario determinari, quia saltem circa illud ipsum obiectum poterit actum suspendere, vel intellectum divertere ad alterius obiecti contemplationem. Ad aliud dicimus, aliud esse requiri iudicium de convenientia, & bonitate obiecti, quod non negamus, aliud vero, quod requiratur iudicium determinans, quod iudicatur tantum hoc esse agendum, futurum semper praerequiri cognitionem bonitatis, & convenientiae obiecti, five per modum iudicantis, five per modum simplicis saltem apprehensionis, ut possit amari a voluntate, hoc tamen iudicium non determinat voluntatem, quod enim homo v.g. mentitur, praedicat cognitio dictans illud mendacium esse utile ad tendendum honorem; praedicat etiam cognitio dictans illud mendacium esse malum, quia est contra

legem Dei; neutrum iudicium determinat voluntatem, sed voluntas liberè elicit mendacium propter bonitatem cognitam in illo, quare semper tendit in obiectum cognitum, semper sequitur ductum alicuius rationis non tamen omnium; semper potest reddere rationem, cur ita fecerit, non quidem rationem cogentem, vel determinantem, seu suadentem sine necessitate, quod si intellectus prius dixisset, mendacium hic, & nunc penitens omnibus est eligendum, errasset proculdubio in fide, quia fides dicitur propositio contradictoria nempse mendacium hic, & nunc esse eligendum, atque ideo omnis mendax est haereticus.

61 Tertio ad quia cognitio sensum est determinata ad unum; rursus voluntas nostra respectu ultimi finis determinata est ad unum, saltem quoad specificationem, quia iudicium rationis determinatum est ad unum, cum nequeat repraesentare ultimum finem, nisi sub ratione boni, & eadem denique ratione voluntas beatorem in patria determinata est circa summum bonum clarè visum, ergo ubique à simili intervenit hoc iudicium rationis determinatum ipsa voluntas ad illud unum determinata intelligitur, sed in omni actione de quacunque re particulari eligenda opus est tale iudicium ultimum in intellectu praecedere, ergo in omni tali actione voluntas à tali iudicio determinatur.

Respond. neg. assumptum quoad omnes partes, appetitus quidem brutorum non ea ratione liber non est, quia tunc neque voluntas effectus appetitus liber, cum in omni sua actione secundum Adversarios sequatur ultimum iudicium practicum: sed naturalis est, quia cum sit organicus, determinatur ad certum genus appetibilem, ut supra cum Doct. dicebamus; neque voluntas ea ratione circumultimum finem determinata est quoad specificationem, dum est in via, ac etiam quoad exercitium, dum est in patria, quia sequitur cum rursus tenetur cum diligere, & nunc Deum esse diligendum, volumus absolutam circa ultimum finem clarè visum actionem suspendere, quod est fallum, ut infra dicemus; sed in via determinata dicitur circa illud quoad specificationem, quia talis finis rationem nobilissimè, vel odibilis habere potest, & in patria modo determinata est quoad exercitium ex decreto Dei, quod non vult habere suum concursum paratum ad actum oppositum, sed semper exhibitur ad actum determinatum dilectionis.

62 Quarto tandem, si heri potest, ut quis eligeret contra dictamen ultimi iudicii practici, potest etiam eligere in voluntate istam esse fallum, ergo est, conf. de se patet, falsitas vero conf. probatur ex variis Scripturae locis, & Arist. nam Prov. 14. errans, qui operatur malum, sapient. 2. excecavit eos malitia verum, Hier. 12. desolatione desolata est terra, quia non est, qui recogit corde, Ilaie 8. captivos ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, &c. Arist. 3. Eth. cap. 1. inquit, unumquodque pravus, quid agendum sit, ignorat, & 7. Ethicor. cap. 3. ait, incontinentem habere quidem universalem cognitionem veram non autem particularem, & ideo peccare, & ibidem, ac etiam c. 7. comparat incontinentem vinolentiam peccat, & c. 10. malignum, seu ex malitia peccantem assimilavit civitati, quae legibus quidem utatur, sed pravus est quibus deditur, quibus peccat, aut errorem positivum in intellectu praecedere speculativum, vel practicum, vel certè talem defectum considerationis, qualem non habet, quoniam peccat; quod tandem probant quoque ratione, quia voluntas sequitur intellectum; ergo nequit voluntas errare, vel desecere, nisi intellectus erret.

Respond. neg. falsitatem conf. & quampures esse auctoritates ad eius probationem adductas loquuntur non de errore intellectus, sed de morum, & in hoc sensu praesertim multi explicant illam ex Proverbis errant, qui operantur malum, quibus faveat Lyranus exponens de errore, & deviatione a rectitudine iustitiae, ac etiam alia translatio, quae legitur *frustratur omnes*: vel si loquuntur de errore intelligentiae, non utique loquuntur de errore praevio, & antecedente peccatum, sed concomitante, & consequente, quo sensu loc. cit. Sap. dicitur malitia excecavit intellectum peccatoris, aut privative quatenus voluntas eligens aliquid illicitum intellectum à recta, & laudabili ratione avertit, & recte dictamine privat, aut positivè cum ex imperio voluntatis male eligentis sequitur fallum iudicium rationis approbans talem electionem. Vel tandem loquuntur de errore intelligentiae praevio, & antecedente, ita dicunt, quia licet simpliciter, & absolute loquendo possit esse peccatum in voluntate nullo defectu praevio in intellectu, regulariter tamen non contingit peccatum sine defectu intellectus, non quocunque, sed praecise talis considerationis, quae morali certitudine quendam impedit, & ratio est, quia malitia peccati tanta est, ut si perfectè penetraretur, & consideraretur, certè deterreret hominem à peccato, videmus enim alia mala peccata longe minora tantum vix habere, ut quasi fere hominem bene attendentem moveant ad eorum fugam, quis enim mentis compos fe pro uno poma praecipitum dedit? minus autem malum est peccatum, quam praecipitum, nullus ergo unquam, vel saltem raro peccat, si perfectè attendit peccati turpitudinem, & penam illi debitam, & in hoc sensu dicitur eccl. 5. *memoria nonnullis tua, ut in exercitum non peccabis*, & Deuter 32. *utinam sciretis & intelligeretis*, &c. & hoc etiam voluit innuere Doct. d. 22. q. un. C. dum ait peccatum primi parentis posse dici ex ignorantia, quia scilicet non consideravit, quanta poena ad illud peccatum esset lectura; aliquid

aliquid igitur ex praedictis modis omnes allatae auctoritates sunt interpretandae.

Ad rationem neg. conf. non enim assumptum verum est in hoc sensu, quod voluntas semper sequatur id, quod iudicatur ab intellectu esse praefertendum, quia potest intellectus iudicare bonum honestum esse delectabile praefertendum, & voluntas amplecti delectabile iuxta illud Poetae *videt miseris, probaque, deterrata sequar*: verum est igitur antecedens, in hoc sensu tantum, quod voluntas sequitur intellectum, & dicitur ab intellectu, quia non potest appetere aliquid obiectum, nisi proponatur illi ab intellectu sub ratione boni, unde semper sequitur ductum intellectus ostendentis, ut non semper ductum intellectus iudicantis.

QUESTIO IV.

Quo pacto actus voluntatis sit liber, ac eius omnisio.

64 Quoad primam quaestio partem, quid ponat libertas in actu, & quomodo ei conveniat, an essentialiter, vel accidentaliter, prima sententia est afferentium libertatem esse quid intrinsecum in actu libero, licet non eodem modo eam defendant, quid enim docent libertatem esse de essentia actus liberi, non solum reduplicative ut libera est, de hoc enim non est controversia, sed specificative sumpti, ita Hurtad. disp. 1. 5. de anim. section. 6. & quampures Recentiores in p. 2. Curiel. Grand. Montem. Cornel. & alii quicunque volunt bonitatem moralem esse de essentia actus liberi, nam à fortiori hoc ipsum de libertate affirmare coguntur, si enim actus bonus, qui nunc sit liber, potest fieri sine libertate, ergo potest esse non bonus, nam ablata libertate, non esset moraliter bonus; alii vero licet fateantur libertatem non esse differentiam essentialium volitionis, afferunt tamen esse modum intrinsecum superadditum, vel saltem relationem intrinsecam accidentalem supervenientem, à quibus stare videntur Valent. disp. 2. q. 1. punct. 1. Moris 2. Phyl. disp. 3. q. 13. in calce, & ex notis Herr. disp. 28. q. 3. Opposita sententia negat libertatem esse quid reale actu intrinsecum, & superadditum, & docet esse tantum denominationem quandam extrinsecam, ita Molin. in concord. q. 3. art. 4. disp. 1. membr. 7. Valquez 2. p. disp. 5. n. 13. Salas par. 2. tract. 3. disp. 1. lect. 6. nunc. 62. Arriag. disp. 8. de anim. lect. 4. & est communis inter Recentiores, quae prius fuit sententia Scoti, & Scotistarum, ut postea dicemus; verum huius partii sectatores iuxta diversitatem opinionum principiorum hanc sententiam explicant, quoniam docent quod praed. libertatem tendere esse indifferentiam iudicii, & attentione rationis circa bonitatem, vel malitiam obiecti, dicunt consequenter libertatem actus non esse nisi denominationem extrinsecam actui provenientem ex consideratione, & attentione intellectus circa bonitatem, & malitiam obiecti, qua ratione (ajunt) eadem volitio, quae nunc sit liberè advertente ratione ad incommodum obiecti, potest esse necessitaria, si solum adverteret homo ad incommodum; Qui vero dicerent, libertatem consistere tantum in indifferentia potentiae volitivae, consequenter hic affirmant libertatem actus esse utique denominationem extrinsecam sibi provenientem, sed non nisi ex indifferentia voluntatis ad eum elicendum, vel non elicendum, ut liber.

65 Quoad alteram quaestio partem de libertate omisionis, celebris est controversia, an possit contingere sine omni actu, qui eius causa directè, vel indirectè existat, adeo ut eventus possit dici voluntaria omisioni, & cum quaeritur, an possit contingere sine omni actu, non est utique sermo de intellectu, qui ut omisionis voluntaria, est omnino necessarius: si enim intellectus nullo modo advertit ad obiectum, nec in communi, nec in particulari, nec confusè, nec distinctè, omisioni nullo profero modo potest voluntaria dici, quia sicut nequit actus voluntatis elici sine cognitione praevia obiecti, ita eius omisionis sine cognitione non est privatio, sed mera negatio, quae etiam in lapide reperitur; sermo itaque est de actu voluntatis, ut sensus quaestio sit, an dari possit pura omisionis sine quocunque voluntatis actu, qui causa illius existat; potest autem omisionis dupliciter causari ab actu voluntatis, uno modo per se, & directè, & est, quando quis directè vult omittere v.g. auditionem sacri, vel circa illam habet actum positivum fugae, idest nolitionem; alio modo potest causari ab actu indirectè, & quasi per accidens, ut quando advertens homo fe teneri ad sacram audiendum, et si directè nolit illud omittere, vult tamen aliquid obiectum illi incompossibile, illudere tempore auri; sensus ergo quaestio est, an pura omisionis dari possit in voluntate quae excludit utrumque actum, si enim hunc vel illum habeat pro causa, non amplius dici poterit pura, & simplex omisionis, & pertractatur quaestio hoc de possibilitate potius metaphysica, quam morali, quia regulariter loquendo concedunt omnes omisionem contingere mediante aliquo actu, qui sit eius causa altero praedictorum modorum.

66 Tres exiunt sententiae in hac celebri controversia; prima sententia universaliter negat puram omisionem liberam esse possibilem, ita ex antiquis A. lenis 2. p. 2. q. 13. membr. 2. Henric. quod. 2. q. 24. Caprol. 2. d. 1. Albert. & alii, & recentioribus vero citantur pro hac sent. Cajetan. p. q. 63. art. 3. & 2. q. 71. art. 3. Henricquez, Alvarez, Zamel, Conrad. quibus favere videntur noster Faber disp. 1. de penit. cap. 7. licet inferius num. 40. dicat licere ad liberam omisionem interpretativam, & tacitum, non autem physicum & expressum, ut praetendunt huius primae sentent. patroni; ubi notandum est ex istis Auctoribus nonnullos non absolute negare puram omisionem libe-

ram, sed talem, quae sit imputabilis ad meritum, aut demeritum, in quo sensu quaestio hic non vertatur, quia in hoc sensu ad morales spectat, altera sent. affirmat puram omisionem liberam esse possibilem, itat voluntas ex sua libertate omittit independentè ab omni actu positivo, qui sit causa directè, vel indirectè talis omisionis, quam etiam ex veteribus Theologis docentur quampures Durand. 2. d. 3. q. 2. Argem. d. 36. q. art. 1. Ricard. d. 3. art. 1. q. 1. Marfil. q. 3. Ocham. 3. d. 10. Almain. & Argem. in suis moralibus, ac etiam Juniorum pars melior. Valent. quod. 1. art. 1. Salas tract. 3. disp. 2. art. 4. Hurtad. disp. 1. 5. de anim. lect. 7. sublect. 1. Arriag. disp. 8. de anim. lect. 6. sublect. 4. Ovand. Azor. Cornes. Curiel. Grand. Suar. Montefin. & alii innumeri, quae etiam videntur aut fuisse Scoti, & Scotistarum, ut dicemus. Tertia sententia affirmat omisionem sine omni actu contingere posse, qui per se, & directè sit causa illius, non tamen sine actu, qui eius causa existat, fine aliquo actu qui saltem indirectè, & per accidens sit eius causa, vel occasio; ita Medina. p. 2. q. 71. citans D. Tho. & fieri talis loqui videntur Valq. 2. d. disp. 92. cap. 2. alios citans; alii vero de duplici omisionis distinguunt, unam actus exterioris; ut cum quis sacrum omittit, alteram actus interioris, ut si omittat actum fidei, & iniquum posse utique dari puram omisionem liberam actus interioris sine omni proliu acta, qui illius causa existat directè, vel indirectè, non tamen actus exterioris, nam respectu illius admitti debet actus, qui eius causa, & occasio saltem indirectè existat; ita Becan. tr. 2. c. 3. q. 2. cum aliis quibusdam, qui modus dicitur ad rem non factis quia hic quaestio solum de omisionis actus ipsius voluntatis.

ARTICULUS I.

Resolutio quaestio de libertate actus.

67 Pro decisione quaestio quoad hanc partem recolenda est distinctio illa de duplici libertate voluntatis nostrae proxima, & remota, quam dedimus supra quaest. art. 2. ubi diximus libertatem remotam esse nudam voluntatis potentiam, & aptitudinale dominium, quod habet supra suum actum, ut eum eliciat, vel non eliciat, aut oppositum; libertatem vero proximam ultra nativam potentiae virtutem connotare praerequisita ad agendum, ut sunt concursus Dei indifferentes, cognitio praevia intellectus, & si quae alia sunt necessaria ad constituendam voluntatem in actu primo proximo, ut possit in hunc exitum cum expedito libertatis actu; & haec supposita libertatis distinctio advertendum est, quod cum Auctores hie loquantur, quid ponat libertas in actu, an entitatem, vel modum aliquem realem, an potius solum extrinsecam denominationem, nam quae sit actus essentialis, vel potius accidentalis, loquuntur de libertate, quae redundat in actum ex libertate proxima voluntatis, quae sicuti est contingens, ita excludit à voluntate & ab actu ab ipsa emanante, necdum naturalitatem, sed etiam necessitatem; non autem loquuntur de libertate remota, quia haec praecise sumpta non sufficit ad expeditum libertatis actum, unde patum de illa curant, & à paucis agnoscitur extra Scotistarum scilicet, cum tamen omnes eam admittunt tenentur, & voluntati tribuere actus, quod à Deo necessitate ad agendum, quod non implicare ostendimus loc. cit. ad finem art. & universaliter voluntati nudae, & praecise à necessario praerequisitis, hoc praenotato.

68 Dicimus primo libertatem in actu non addere supra entitatem volitionis relationem, aliumve modum realem intrinsecum, sed denominationem extrinsecam provenientem ex indifferentia proxima potentiae volitivae; ita colligitur ex Scoto 1. d. 12. quaest. 1. lit. G. & d. 13. lit. H. & d. 17. quaest. 2. §. quantum ad ipsum art. 2. & d. 40. quaest. 2. & quod. 18. art. 2. sequuntur Lichez. 2. d. 2. q. un. §. dico quod aliud, Cavell. disp. 3. de Anim. lect. 15. Vulpes Tom. 3. part. 2. disp. 67 art. 1. num. 4. & Recentiores citati, qui illi probare solent rationem ut plurimum inutilibus; nos frequentiorum apud ipsos feremus, quae in eo consistit, quod entitas actus voluntatis praecise quocunque superaddito, eo ipso, quod est à potentia potente non agere, concipitur libera, ergo haec sola denominatio consistit eum sufficienter in esse liberi, & sufficienter distinguit ab actu necessario. Haec tamen ratio, vel non concludit propositum, vel universaliter concludit, nullum effectum dicere relationem realem ad suam causam, sed solum denominationem extrinsecam, quod sit illa; si ergo fere mel concedatur effectum dicere veram, & realem relationem dependentem ad suam causam, utro vera dicendum est, praesertim in schola nostra, & Thomistarum relationes reales admittuntur, praesertim quae ad causam pertinent, pariter id ipsum erit concedendum de actu libero, quod relationem dicit relationem realem liberam, quilibet enim effectus non tantum dicit relationem realem causata ad causam, sed etiam talis causata ad talem causam, unde difficile admodum videtur eximere effectum liberum à tali relatione ad causam liberam, nisi etiam existat ab ea effectum naturalis, & necessarius, nam sicut ad effectum liberum sufficere dicitur connotatio principii liberi, à quo procedit, & denominationis extrinsecae, quod sit ab eo productus, & idem pariter luo modo dicitur de effectu naturali, & necessario, & universaliter negari potest ratio effectus ad causam.

Alii probant, & est veluti confirmatio praecedentis argumenti, quia admisso tali modo superaddito substantiae actus, tamen haec prius natura est, quam modus superadditus, in illo ergo priori adhuc entitas actus sit indifferenter, & libero modo, ergo absolute loquendo potest libertas in actu esse, & intelligi antecedenter ad quocunque